



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatus De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

19. An etiam illis, ex quorum matrimonio Pastor timet p[ro]habilater  
magnum scandalum futurum?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

R. Non esse simile in voto, quia Deus  
 (a) non ita exacte promissionem sibi factam <sup>a Sotus in 4.  
 dist. 27. q. 2.  
 art. 4. dub. 3.</sup>  
 impleri petit, sicut homines: non enim  
 cum damno & iniuria tertii impleri vult,  
 homines autem propter iniuriam alteri il-  
 latam iure suo priuari nolunt.

QVÆSTIO XIX.

*An etiam illis, ex quorum matrimonio Pa-  
 stor timet probabiliter ma-  
 gnum scanda-  
 lum?*

Quæstionis explicatio.

**F**requenter ex concubinariorum ma-  
 trimoniis magna nascuntur inter parē-  
 res dissidia, dissoluitur parentum pietas,  
 & cognatorum amicitia, vel propter fami-  
 liarium disparitatem, vel dissonantiam mo-  
 rum, vel propter concubinæ prodigalita-  
 tem, infamiam, & similia. Horum occa-  
 sione quæritur, quid si tale quid futurum  
 parochus probabiliter timeat, tenebiturnè  
 huiusmodi matrimoniis præsentiam suam  
 exhibere?

*Responsio.*

**N**on tenebitur: quia virtus iustitiæ ob-  
 ligare nequit ad actū, qui sine peccato  
 K k 3 imple-

918 DE NECES. ET MOD. MINIST.  
impleri non potest, sed cooperari & adesse  
huiusmodi contrahentibus cum magno  
illo scandalo, est aperte lethalis culpa, cum  
notabiliter charitas proximi ledatur, ut pa-

*a Ad c. cum tua, de spon. ibi de fama vel scandalo Panormi. c. requisivit de sponsalibus. b Nauarrus c. 16. n. 18. c Lud. Lopes 1. p. instruct. l. 72.*  
tet. Huic assertioni fauent (a) Canonista, cum dicunt, iudicem debere interdicare matrimonium, quando vehementer time-  
tur scandalum ex matrimonii contractu inter contrahentium consanguineos: quod verum (b) est, etiam si secuta sit virginis defloratio propter rationem dictam: immo (c) etiam si nulla sit inter contrahentes disparitas.

Dices. Quid si prudentes viri sperent primo impetu sopito amicorum animos pacandos, tenebiturne pastor officio fungi & presentiam suam exhibere?

R. Tenebitur, non enim qualecunque scandalum sufficit, saepe enim varia mina iactantur, terroresque opponuntur, & discordiarum pericula intentantur, quae tamen experientia teste, ubi primus ille impetus deferbuit, & matrimonium celebratur, in nihilum recidunt, facileque animi conciliantur & sedatur omnis tempestas.

QVA